

1. 80. Tauri. n. Lex. 13. ad finem, tit. 9. p. 4. & Lex. 1. fin. tit. 17. par. 7. vbi Gregor. Lopez, verb. nin. deshona. Montalius. l. 2. pauld post principium, tit. to. p. 4. Couar. 4. decret. 2. p. e. 7. §. 1. nu. 8. Perez lib. 8. ord. in. tit. 15. l. 2. ad finem. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 205. Villalobos in cōmun. opin. litera. M. verb. maritus, num. 61. Brunellus de Sponsal. concl. 30. declaracione. 8. n. 12. Sebastianus Monticulus de patria potestate, verb. matrimonium, nu. 74. habetur tomo. 8. tract. p. 2. Rojas singulari. 2. l. 4. fin. Olanus in cōcordia, verb. maritus. n. 2. 4. Bursatus conf. 218. n. 8. vol. 2. Cantera in suis. q. criminalibus. q. rangētibus punitionem delicti. c. 4. num. 38. Barbosa rubrica. ff. soluto matr. 2. p. n. 3. Brunorus in suo compendio, litera. A. verb. adulterium, verb. adulterium arguitur.

7 Hinc inferitur, minimē obtinuisse consuetudinem, vt vxor nequeat virum adulterum dimittere. Quod docet Couar. numer. procedenti allegatus. Et constat ex tot Doctoribus antiquis, & Neoteriis ibi citatis, qui absolute diuortium in hoc euentu approbant, nec oppositē consuetudinis meminere. Vnde D. Basilius, nu. 1. allegatus dicens consuetudine obtentum esse contrarium, est intelligendus, vt velit rarissime feminas hoc diuortium tentare ob virorum adulteria. Qui non vsus intentandi minimē aufert: eo vel maximē quod hoc est ius naturale, & diuinum (vt probauimus, nu. 4.) quod est immutabile, nulla, consuetudine vinci potest. c. 1. d. 5. & inst. de iure naturali. §. sed naturalia.

8 Nec desideratur monitio, nempe, vt vir prius moneatur vt abstineat ad adulterio, sed ante omnem monitionē, ed ipso quod adulterij reus est, potest vxor ad diuortium procedere. Et audent vt liceat mari, & auia. §. quia verō plurimas, ver. si quis in sua domo, collat. 8. decidens non posse vxorem mittere repudium viro adultero, nisi prius eum moneat vt ad prædicto delicto desistat, & ibi notat Glossa, verb. non abstinuerit: non habet locum quoad diuortium. Nam attento iure naturali, & canonico, sunt coniuges in hoc pares. Vt probauit. n. 6. Quamvis prædicta auth. dif-

crimen id cōstituerit ad repudium, vt vir nulla monitionē indigeat, quod vxorem adulteram repudiet, secus verō de vxore. Sic Barbosa alijs relatis. l. 2. p. 1. in principio. n. 98. ff. solu. matr.

Tandem id observandum est. Quamvis accusandi ius de adulterio, quoad penam criminalem, & ciuilem, præscribatur quin quennio. 1. adulter. c. ad l. Iulianam, de adulter. l. 4. tit. 17. part. 7. quoad diuortium tamen petendum, nunquam præscribitur, sed integrum est quanto cunq̄ tempore transacto illud petere. Cōstat ex c. ad monere. 33. q. 2. quod est Stephani. 5. vbi post septenarium penitentia vxoris adultere, conceditur viro libera diuertendi facultas. Et ita obseruatur ibi Glossa, verb. penitentia, reprobatq; aliquos dicentes vincti annorum spatio præscribi. Quam Glossam sequitur Ananias. c. maritis, de adult. sine. Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 5. conclus. 1. n. 33. Aimon de antiquitate temporum. p. 4. sectione, materia ista singularitatis testis nu. 88. Prosper Farinatus præctica criminali. 1. p. q. 10. n. 20.

Ad argumenta. n. 1. proposita respondetur. Ad primū dicid non expressisse Christum de feminis, quia frequentius est vt viri perant diuortium. Sicut textus. c. de confes. in 6. decidit reum recusantem positionibus respondere, haberi tanquam confitentem & glossa ibi verb. reus, dicit idē dicendum esse de astore: eo quod æquale sit vtriusq; conditio: non tamen expressum esse. Quia frequentius id reo contingit. Ad secundū dic non in omnibus successisse loco repudij antiqui (vt probauit disp. præcedenti, in fine.) Atq; vna ex differentijs, hæc est. Repudium enim solis viris concedebatur: Diuortium autem vtriusq; coniugi. Cuius rationem tradit. D. Th. 4. d. 35. q. vnic. art. 4. ad. 1. Quia repudium permittebatur ad vitandum homicidium coniugis adulteri: & quia periculū hoc non inueniebat, nisi in solis viris, idē illis solis permissum erat. At diuortium conceditur ratione fidei coniugalis factæ, quæ æquē inuenitur alterutro coniuge fornicanti. Atq; idē vtriusq; æquē cōceditur diuortium. Ad tertium constat ex dictis. n. 7.

## DISPUTATIO QUARTA.

An fornicandi volūtas. Quæuis fornicatio cōtra naturā siue cū propria vxore, siue cū alia femina, aut masculo, aut bestia, aut femina cū femina admilla, aut mollicies: penetratio vas absq; seminatione: vel seminatio intra vas absque penetratione, oscula, amplexus, iustam præbeant diuortio causam?

## SUMMARIUM.

Non satis est voluntas sola fornicandi, numer. 1.

Referitur opinio affirmans non satis esse sodomiam, nu. 2.

Satis est sodomia, num. 3. Et ibi, an plus ledat matrimonium copula sodomitica, quam naturalis: & an lex panalis sit ob rationis identitatem extendenda?

An etiam sodomia passiva, siue viri, siue vxoris, præbeat iustam diuortio causam? numer. 4.

Quid, si vxor abutatur alia femina, sodomitice, nu. 5.

Quid, si vir tenet sodomitice cognoscere vxorem, nu. 6.

Quid, si palnat ipsam extra vas, nu. 7.

Quid, si ipsam sodomitice cognoscatur, nu. 8.

Quid, de pollutione extraordinaria cū tertio personam, vel in tra os, aut aures.

Quid, de peccato mollicies, nu. 10.

Quid de amplexibus, & osculis? Referitur opinio affirmans satis esse ad diuortium, & vt vxor dote priuetur, nu. 11.

Non sufficiunt, si soluantur argumenta cōtra, nu. 12.

Statuti puniunt in termino, an puniat in via? Et an prohibito consequenti censetur prohibito antecedens quoad penam? Et hæc non est imponenda, nisi in casibus iure expressis, eodem, nu. 12.

Quid, si in copula sodomitica, vel naturali, adit penetratio vas absque seminatione: vel seminatio intra vas, absq; penetratione, nu. 13.

Quid, de bestialitate. n. 14. & ibi, quid, de coitu cum femina, aut bestia mortuis.

Quid, si vir semon existens in balneo effundat, & matricem femine attrahat? eodem, n. 14.

Soluantur argumenta, nu. 15.

In hac disputatione id apud vniuersos auctores constitutissimum est, non sufficere ad diuortium, sola fornicandi voluntatem. Quia quamuis quoad culpam æquetur fornicationi ipsi

cap. 5. Matth. & referunt. c. qui viderit. 32. quælio. 5. ac non infert matrimonio damnatum, nec fidem eius violat, caroque coniugis non diuiditur, dum intra desiderij terminos sistit, opere minimē perpetrato. Atq; ita docent Abulen. c. 5. Matr. quælio. 23. & cap. 19. q. 69. Astenis summ. 2. par. lib. 8. tit. 11. art. 3. q. 9. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 5. Monaldus summa, vbi de diuortio. tit. l. propter quid fiat diuortium in matrimonio, verb. item extenditur. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 1. §. 2. Sylu. verb. diuortium. q. 7. Tabiena matrimonium, 4. q. 2. nu. 3. Sotus 4. d. 36. quæst. vnica, art. 3. vers. vtrum vero. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 214. Veracruz. 3. p. Speculi, art. 1. ad finem. Palacios. 4. d. 27. disput. 3. colum. 23. verfic. sed quid si alter, fol. 603. Nec refert, si voluntas illa verbis, aut alijs signis externis manifestetur (vt bene docet Abulen. ea. quæst. 233.) Quia adhuc militat rationes dictæ.

Verū de peccato sodomia, & alijs contra naturam, num sufficientem causam diuortio præbeant, non modica est difficultas. Et quidem sodomiam non sufficere ad diuortium, opinantur aliqui. Ducitur primò, quia ob solā adulterij causam permittit Christum diuortium, Matth. 5. & 19. sodomia autem coniugati, vel coniugata, non est propriè adulterium. Et in penis benignior est interpretatio accipienda, regula, in penis, de regal. iuris, in 6. Secundo, quia coniuges sola legitima membra, & eorum vsus necessarium ad generationem, videntur mutua fide sibi ipsis obligare: ac proinde sodomiticus vsus saltem patiēdo, cum non obstat vsui naturali necessario ad generationem, non videtur contra hanc fidem. Non ergo est legitima diuortij causa. Tertio, quia ex copula sodomitica non confurgit affinitas, cap. extraordinaria. 35. quæstion. 3. Atque idē hanc sententiam tuentur Gloss. c. omnes





causationes, verb. sodomita. 32. q. 1. licet non ita clare, quia ad utramque partem profut allegari: ac communiter Doctores pro hac sententia illam allegant. Innoc. c. 1. de adulter. n. 1. & dicit esse communem sententiam, Florianus. c. mariti, eodem tit. & tenet Ludouicus Romanus rubrica. ff. solut. matrim. num. 20. Cardinalis. d. cap. mariti, in fine. Aluarus Pelagius de planctu Ecclesie, lib. 2. art. 7. columna. 5. versic. sed & secundum canones, in fine. Abulensis cap. 5. Matth. quaest. 233. Bertachinus in suo repertorio, litera. 5. verb. sodomita, versic. 2. Palacios. 4. d. 27. disput. 3. column. 2. 5. versic. Verum etiam, folio. 604. & d. 3. 5. disp. vnica, columna. 5. & sequenti, versic. vocant in dubium. Gandinus de maleficijs, tit. de multis quaestionibus dependentibus a statutis, nu. 25.

At tenendum est sodomiam sufficere ad diuortium. Hæc sententia solet probari ex cap. meretricis. 32. q. 4. quod est. D. Aug. q. 37. ad cap. 23. Deuteronomio. *Nominem meibus omnis illicitis concubitus, atq; illum membrorum non legitimus usus, prohibetur debet intelligi.* Sed hoc testimonium nil probat. Quia solum docet. D. Aug. nomine fornicationis prohibita in sexto Decalogi præcepto, comprehendit omnem non legitimum membrorum genitalium usum. Quod nullus dubitat. Non autem nomine fornicationis, quæ sufficiens est diuortij causa, docet includi aliàs clauderet etiam mollicies: cû sit non legitimus membri usus. Cuius contrarij dicemus. n. 10. Secundum solet probari testimonio. D. Hieronymi Epistola ad Amandum, & refertur. c. omnes causationes. 32. q. 7. ubi. *Quamdiu vivit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiosus omnibus cooperatus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus.* Vbi æquiparat virum esse adulterum, & sodomitam: supponitque ob hæc vitia posse dimitti. Sed nec hoc testimonium id probat. Quia similiter addit, *flagitiosus omnibus cooperatus.* Cum tamen ob omnia alia flagitia dimitti non posse, certum sit. Insuper, quia D. Hieronymus non asserit licet ob id diuertere vxorem à viro. Sed id tantum intendit, siue licet, siue illicitè diuerterit, non posse eam alij nubere, priori viro superflite. Tertio solet probari. Quia sodomia est grauius delictum adulterio, c. adulterij, & c. vsus. 32. q. 7. Si ergo ob adulterium permittitur diuortium: idem à fortiori dicendum erit de sodomia. Nam legem pœnalem ex rationis identi-

tate, nedum maioritate, extendi, ex multis Doctoribus probauimus lib. 3. disput. 42. num. 4. Sed hæc quoque ratio in multis claudicat. Primo, quia etiam mollicies peior est adulterio. Vt de omnibus peccatis contra naturam, testatur. D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. 2. inter quæ computatur mollicies, vt docet ibi. 11. Cû tamen nõ sufficiat ad diuortium, vt probauimus, num. 10. Secundum, quia esse grauius peccatum in se, nil confert ad diuortium. Cû odium Dei, ac blasphemia longè grauiora sint adulterio, & ad diuortium non sufficiant. Sed attendendum est, num magis repugnet fidei matrimonij, illudque grauius offendat. At sodomia per se sensu leuior est adulterio. Minus enim læditur matrimonij per usum sodomiticum, quam per naturalem: vt rectè animaduertit Caietan. 2. 2. q. 154. artic. 12. dubio. 1. ad fin. Quod inde probat: quia per sodomiam vxoris, sola persona quæ est in mariti dominio polluitur: per concubitum autem naturalem, persona, & vas, quæ mariti sunt, polluitur: redditurque ex hoc concubitu incerta proles, non autem ex priori. Quod si sodomia viri sit, non plus lædit matrimonium, quam concubitus naturalis. Quia vtrobiq; prodigitur semè vxori debitum: imò minus, quia ex concubitu sodomitico non concipitur proles ex aliena femina, sicut ex concubitu naturali. Quod grauisimè vxorem offendit, ac filios ex matrimonio habitos. Quo circa subdit Caietan. ubi, concubitus sodomiticum cum aliena vxore, non esse propriè adulterium, nec eius pœnis subiicere. Tandem, quia non est certum legem pœnalem extendendam esse quoad pœnam in ea contentam, ad casum non expressum, etiam si in illo eadem inueniatur ratio: imò oppositum est verius. Idque docent Anton. cap. finali, numer. 58. de consuetud. Castro lib. 1. de lege pœnali capit. 7. documento. 3. pulchramque reddit rationem: cur argumentum à simili, vel ab identitate rationis non valeat in lege pœnali: cum tamen in alijs legibus valeat. Quia aliæ leges ad eundem pendunt ex ratione, vt ratio legis dicatur eius mens, & anima. Et hinc conuenire necesse est, vt vbicumque illa eadem inuenitur ratio, locum habeat eadem lex. At lex pœnalis quoad pœnam, non omnino pendet à ratione: sed etiam ex legislatoris talem pœnam indicentis voluntate. Quamuis enim re & ratio crimina puniri dicat, nõ tamè

cogit ad hanc, vel illam pœnam statuentem: sed hoc ex sola legislatoris voluntate pendet, quæ et si aliquæ petat congruentem rationem, non tamè ea necessariò cogit ad potius illam, quàm aliam pœnam statuentem. Ex quo fit, in pœnis, argumentum à simili non valere. Vt bene docuit Glos. regula. in pœnis. 49. verb. in pœnis, de regul. iuris, in 6. Et hoc est quod dixit Molina tomo. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. §. quarto & euerit, folio. 1012. pœnas tantum comprehendere delicta, ob quæ statuta sunt, non autem alia quouis grauiora, aut æquè graua. Hinc etià bene dixit Sua rez. 3. p. q. 67. art. 8. in commentario. §. maius verò dubium est, in impedimentis; & prohibitionibus quæ ex iure pendet, nec congruentias, nec argumenta à simili esse efficacia. Non ergo ex identitate rationis, si ea esset, concluditur ob sodomiam dari diuortium. Ratio ergo legitima est, quam breuiter tetigit Sorus. 4. distin. 36. quaest. 1. vnica, artic. 1. versic. vtrum verò, & clariùs expressit eadem quaestio, artic. 4. immediate ante. 2. conclusionem. Quia cum matrimonium eò tendat vt efficiatur coniuges vna caro. Genes. 2. *Et erunt duo in carne vna.* Violat perfectè, & consummatè fidem matrimonij, carnem suam in alium, vel in aliam diuidens, in de quo oriuntur diuortij, Violanti enim perfectè fidem matrimonij diuidendo carnem suam, alter non tenetur seruare fidem, cohabitans, ac debitum ei reddens. Cû autem diuisio hæc carnis perfectè reperiat in omni concubitu, siue naturali, siue sodomitico, hinc est vt vterque sufficiens diuortio causam præbeat. Quare Christus Mat. 5. & 19. de clarans diuortij licere ratione fornicationis, nõ mine fornicationis omnem illud concubitum per quem caro coniugis diuiditur in alium, includit. Quam rationem nõ obscure significauit. D. Hieron. in cap. 19. Matth. explicans quomodo liceat ratione fornicationis vxorem dimittere: & refertur. c. dixit Dominus. 32. q. 1. ubi. *Cum illa vnam carnem in alium diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri.* Adde etiam legem diuortij non esse verè pœnalem, sed ex ipsamet contractus matrimonialis natura oriri: vt disp. præcedenti. n. 4. probauit, ac proinde nõ mirum est, si nomine fornicationis claudatur omnis ille concubitus, in quo inuenitur perfectè diuortij ratio, quauis propriè adulterium non sit. Atque ideo hanc sententiam tuen-

tur, ex Theologis. D. Thom. 4. d. 35. q. v. nic. art. 4. d. 2. bi. D. Bonau. q. 1. ad finem. Duran. q. 1. ar. 1. n. 6. Ricard. ar. 1. q. 1. ad 2. Palud. q. 1. ar. 1. concl. 5. n. 8. Supplementum Gabrielis. q. vnica, ar. 2. post. 2. conclusionem. Vincen. 2. tomo, speculo doctrinali, lib. 10. c. 41. D. Anton. 3. p. tit. 2. c. 21. §. 5. Abulensis sibi contrarius. c. 19. Matth. q. 65. ad. 3. & q. 66. 68. 70. in fin. Castro lib. 2. de lege pœnali. c. 4. paulo ante. §. vt igitur. Sor. 4. d. 36. q. vnica, art. 1. versic. vtrum verò. Petrus de Soto lectio. 12. de matri. col. penul. versic. tertium est. Ledesm. 2. p. 4. 64. ar. 2. columna penultima, versic. est tamen notandum. Viquer. lib. in. c. 16. §. 7. versic. 9. impedimento. 10. versic. ex præmissis patet. Celai. 4. dist. 35. q. 1. argumento. 6. vbi Ouandus disp. vnica, propositio. 1. fine. Vemercuz. 3. p. Speculi, artic. 1. conclus. 2. Henriquez lib. 1. de matri. c. 8. n. 13. Angles floribus. 1. parte de matri. q. 9. de diuortio, ar. 1. diff. 1. Graffis. 1. p. decisio. num. lib. 2. c. 84. nu. 15. Emmanuel Sa sum ma verb. diuortij, versic. primo. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 62. ar. 1. dubio 4. Bartholomæus à Ledesm. dubio. 65. de matri. conclus. 2. Ludouic. Lopez. 2. p. in struc. de matrim. c. 54. vbi de diuortio quoad habitationem, paulo post principij, versic. quintus casus. Vega. 1. tomo summae c. 89. casu 4. Maldonado. c. 5. Matth. n. 32. Franciscus Marcus decisione. 529. nu. 7. in part. 2. Vela in suo tractatu de pœnis de licitorum. c. 33. §. ex prædictis namque primo. Et ex iurisper. Calder. c. mariti, de adulter. vbi Anton. n. 3. Abb. n. 3. Ana. n. 3. & videntur ibi tenere Ioan. Andr. nu. 2. & Anchar. fin. licet nõ satis explicet cui potius sententiæ adherere. Sed clare tenet idè Ioan. Andr. c. discret. n. 5. de eo qui cognoscant, & ibi Præpof. n. 4. notab. 8. fin. vbi dicunt nomine fornicationis intellexisse Christus omnè concubitum illicitum. Henric. c. si vir. n. 5. de adul. Hugo, & Lauren. c. omnes causationes. 32. q. 7. & ibi Archib. n. 2. Bella. n. 1. fin. Turre. n. 1. Alber. in suo diuortio. litera. D. verb. diuort. col. 5. versic. vtrum propter aliud vitium. Et litera. M. verb. matrim. 8. paulo post principium: & ibi Ioan. Baptist. in additio. Ioan. de Frib. sum. confess. lib. 4. tit. 22. q. 1. A tenf. sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. q. 6. Monal. summa, vbi de diuortio, tit. propter quid fiat diuortij in mari, versic. extenditur Rose. matri. 7. n. 1. & versic. impedit. imp. 9. num. 10. Sylu. verb. diuort. q. 7. Angel. matri-



monium. 4. initio. Tabien. matr. 4. q. 2. n. 3. Raimundus de Petraforti, que refert, & sequitur Barbatus conf. 64. n. 8. volum. i. Chalfaneus in consueud. Burgundia, rubrica. 7. §. 3. n. 6. Couar. 4. de re. 2. p. c. 7. §. 5. n. 6. Franci. Marc. decif. 739. n. 4. in. 2. p. Antonius Cucus lib. 5. instr. maior. tit. 12. fin. Iulius Clarus lib. 5. rezeptarium. §. 50. de. verif. pen. Menoch. de arbitrarijs. lib. 2. centuria. 3. casu. 286. n. 15. Anton. Gabr. tom. 2. communium opin. in mea editio. lib. 17. verb. sodomia: crimen, fol. 306. col. 2. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 206. Borfatus conf. 218. n. 10. volum. 2. Cantera. q. criminalibus, in. q. tangētibus punitionem delicti. c. 4. h. 68. Conradus in sua practica, prout refert, & sequitur Salzedo addit. ad practiam Bernardi Diaz. c. 86. §. & propter hoc scelus. Barbosa rubri. ca. ff. soluto matr. 2. p. nu. 30. & dicit esse communem opinionem Lambertinus de iure patronatus, lib. 2. p. i. q. 9. ar. 18. fin.

4 Aliqui (prout refert. Veracin. præcedēti allegatus) tēperant hanc sententiā, vt intelligatur, quando sodomia est actiua, vt si vir sodomiticē fœminā, aut marem cognoscit: fecus si vir, aut vxor copulā sodomiticam patiatur. Quia patēs non emittit semen; nec vas alteri coniugi debitum tradit, nec generationis membro abutitur. Ceterum tenendum est vtroq; modo sodomiam admittam præbere iustam diuortio causam. Quia caro coniugis patētis perfectē diuiditur in aliam agentis, sicq; fides matrimonij violatur. Quod esse diuortij fundamentum. n. præcedēti probauimus. Atq; ita docent Abul. c. 19. Matt. q. 68. Verac. ibidem. Atq; esse causam diuortij sodomiam viri, vel fœminæ, que cōmuniter patitur, quod docent Rosella matr. 7. n. 1. Alassis, Vincentius, D. Anto. Barbatus, Monaldus, Angles, Vega. n. præcedenti allegati. Et videntur ceteri ibi allegati sentire. Cū indistinctē sodomiam esse causam diuortij doceant. Præter Maldonado qui de sodomia sola vxoris loquit.

5 Imò idem dicendum est de sodomia inter duas fœminas cōmissa. Quam esse verā sodomiam testatur. D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 11. & puniri pena ordinaria, quādo instrumēto aliquo medio ligneo, aut ferreo, aut ex quacūq; alia materia cōfecto, cōmittitur, docet A. nto. Gom. l. 80. Taur. n. 34. Atque ita eā esse sufficientem diuortij causam asserunt Monaldus, & Ioan. de Fribur. n. 3. allegati. Quod tunc verū esse credo, quan-

do medio aliquo instrumēto, vel absq; illo, semē immitteretur in vas naturale, aut præposterum fœminæ. Quod fieri posse asserit ex Auicena, Anton. Gomez ibidem. Tunc enim caro fœminæ patētis in carnem agentis diuiditur, ac si sodomitiā copulam habitā a masculo pareretur. Secus tamen esset, vbi semen aut non expelleretur, aut extra vas decideret. Quia tunc cessat carnis diuisio. Vt etiam dicemus. n. 13. de sodomia à viro exercita.

Alij etiam hoc extendūt, vt sit iusta diuortij causa, quando vir propriam vxorē tentaret sodomiticē cognoscere. Quod probari videtur ex. D. Ambrosio in illud 1. ad Corint. 7. *Aur viro suo reconciliari. Vbi sic ait, Si apostaret vir, aut vsum quæret vxoris inuerrere, nec alij potest habere mulier, nec reuertī ad illam.* Atq; ita docent Innoc. c. 1. n. 1. de adul. Decius. l. 1. nu. 8. C. de secun. nupt. Barba. conf. 64. n. 7. vol. 1. Sebastian. Monticulus de patria potestate, verb. matr. n. 77. Menoc. de arbitrarijs, lib. 2. centuria. 3. casu. 286. n. 14. Petrus de Soto, Couar. Anton. Cucus, Anton. Gabr. Salzedo, Vela, Barbo. n. 3. allegati. Hoc tamē intelligendum est, nisi vir corrigi velit: vt bene Enriq. lib. 11. de matr. c. 17. n. 7. & quāuis corrigi nolit, adhuc nō est causa perpetui diuortij, sed ad tēpus, vt n. seq. probabo.

Præterea alijs placet hoc extendēdū, vt sit iusta diuortij causa, si vir propria vxorē minimē consentientē, extra pudoris claustra polluat. Sic docēt Alberic. referēs Laurentium, in suo dictionario, litera. M. verb. matr. 8. §. 1. in fin. Abulen. c. 19. Matt. q. 65. in fine totius quæstionis. D. Anton. Veracruz, Emman. Sa citati. n. 3. Barthol. & Ledesm. de matr. dub. 65. conclusion. 2. & clare etiam, docent Palud. & Petrus de Soto eodem. n. 3. relati, dicunt enim omnem peccatum contra naturam esse causam iustam diuortij. At illa pollutio est peccatum contra naturam. Idemq; colligitur ex D. Thoma, Castro, Viguero, Celia relatis eodē. n. 3. indistinctē enim id affirmat de peccato contra naturā. Cæterū verū est, id non esse causam perpetui diuortij, Cuius rationem reddūt Rosella, Syl. Gaeta, quia vir non diuidit carnē suam in plures, sed in propriam vxorem. Quod esse rationem, ac fundamentum diuortij, probauimus, nu. 3. Atq; ita sentiūt Rosel. matrimonium. 7. num. 2. Syluest. verb. diuortium. q. 7. Tabiena matrimonium. 4. q. 2. num. 3. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30.

quæst.

quæst. 1. §. 4. nu. 212. Palacios. 4. d. 35. disput. vnica, colum. 8. vers. porro autem diuitario vulgata est. Gand. n. 2. relatus. Supplementum Gabriellis. 4. d. 35. quæst. vnica, ar. 2. concl. 8. Dixi autem non esse causam diuortij perpetui. Quia si vir desisteret nollet, posset vxor ratione periculi animæ propriæ, ne trahatur ad conuiuium in illo scelere, diuertere. Sic Rosella, Syluest. Tabiena, Gaeta, Supplementum Gabriellis ibidem: Quod bene addit, ad diuortium non esse perpetuum, sed tantum ad tempus, dum vir non respicit. Quod etiam, nu. sequenti ex alijs probabimus in casu fortiori. Et ratio est, quia non qualitas criminis est causa iusta diuertendi, sed inductio ad peccandum. Quare tantum durabit diuortium, donec inductio illa cesset. Sicut de viro inducenti vxorem ad alia crimina, dicemus hoc eodē lib. disp. 17. n. 14.

8 Ex dictis infertur primò, quid dicendum sit de viro committente sodomiam cōpletā cum vxore inuita. Nam esse causam iustam diuortij, testantur. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 3. Monal. nu. 3. allegatus. A tenfis sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. q. 7. Vela. n. 3. relatus, Ioannes de Fribur. sum. confes. lib. 4. tit. 22. q. 3. Et concordant dicētēs id, de omni peccato contra naturā, quos. n. præcedenti retuli. Verū dicendum est nō esse iustam diuortij perpetui causam, nisi ad tēpus, dū vir desistit à scelere illo renuit. Iuxta, num. præcedenti dicta. Idq; docent Tabiena matrimonium. 4. q. 2. n. 3. Palacios 4. d. 35. disput. vnica, colum. 5. & sequenti, vers. vocant in dubium. Et colligitur ex ratione tradita per Rosel. Syl. Gaetam. n. præcedenti allegata. Quoniā vir nō diuidit in hac copulam carnem suam in alium.

9 Secundo infertur, Quid dicendum sit de pollutione: extraordinaria habita cum tertia alia persona. Eā enim satis esse ad diuortium testantur Laurentius, cap. omnes causationes. 3. 2. q. 7. Albericus in dictionario, litera. M. verb. matr. 8. §. 1. in fin. Henricus. c. si vir, in fine, de adult. Abulen. c. 19. Matth. q. 70. in fine. Palud. Rosella, Ang. Sylu. D. Antonia. Tabiena, Emman. Sa. nu. 3. allegati. Gaeta repeti. c. ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 211. Idemq; dicent id asserēt, quando pollutio est habita cū propria vxore; & de omni peccato contra naturā. Quos retuli. n. 7. Et ducitur, quia est grauius peccatū, quā adulteriū. Item quia læditur matrimonium: cū prodigatur semē vi-

ri debitū vxori. Sed dicendū est, non satis esse ad diuortium. Quia non integrē, & cōsummatē læditur matrimonium: cū non diuidatur caro viri in alia per concubitum. Quæ diuisio est diuortij radix. Vt. n. 3. probauit: vbi etiā dixi nō cessare ad diuortium, eā extraordinaria pollutionē esse grauiorē. Atq; ita docēt Glof. d. c. omnes causationes, verb. sodom. Alberic. in suo dictionario, liter. D. verb. diuor. col. 3. vers. vtrū propter aliud vitium, & litera. M. verb. matr. 8. col. 2. vers. quid si aliquis, vbi & refert Guillel. & Hugonem. Lud. Roma. rubri. ff. soluto matr. n. 2. Sor. 4. d. 36. q. v. nic. ar. 1. vers. vtrū verò. Supplement. Gabrie. licet dubitans in hoc magis inclinet. 4. d. 35. q. vnic. ar. 2. post. 2. conclus. Monaldus sum. vbi de diuortio, tit. propter quod fiat diuortium in matr. vers. itē extēditur. Alassis sum. 2. p. lib. 8. tit. 11. ar. 3. q. 8. Ioannes de Friburgo summ. confes. lib. 4. tit. 22. q. 4. Abulen. c. 5. Matth. q. 235. Nauar. lib. 4. confil. tit. de diuortijs, in vtraq; editione, confil. fin. Ledesm. 2. p. 4. q. 64. art. 2. columna penultima, vers. est tamen notandum. Enriquez lib. 11. de matr. c. 8. n. 13. in cōm. m. liter. c. Palacios. 4. d. 35. disp. vnica, colum. 8. vers. porro autem diuitario. Angl. flor. 1. p. de matr. q. 9. de diuor. ar. 1. diff. a. Per. de Ledes. de matr. q. 62. ar. 1. dubio. 4. Nec esset causa diuortij immisio seminis intra os, aut aures masculi, vel fœminæ. Quia nō est copula cōsummata, nec sodomiticæ, vt dixi lib. præcedenti, disp. 17. n. 3.

10 Tertiò infertur quid sentiendum sit de peccato mollicie, siue viri, siue vxoris. Non desunt qui sentiant sufficere ad diuortium. Ducunturque rationibus, quas confutauimus, numer. præcedenti. Ita sentiūt Palud. 4. dist. 35. quæstion. 1. ar. 1. concl. 3. n. 8. Abulen. cap. 19. Matt. q. 67. & q. 70. fine. Gaeta repetitione, capit. ad limina. 30. quæstion. 1. §. 4. numer. 213. Veracruz. 3. part. specul. articulo. 1. conclusio. 2. Et idem tenentur dicere docentes generaliter peccatum contra naturam esse causam iustam diuortij: quos retuli, numero. 7. Sed ex dictis, numero præcedenti conuincitur oppositum esse verum. Quod docent omnes Doctores ibi, versic. sed dicendum est, pro nostra sententia allegati, Et. D. Anton. 3. part. tit. 1. cap. 21. §. 5. Rosella matrimonium. 7. no. 1. Angelus matrimonium. 4. initio. Tabiena matrimonium. 4. q. 2. num. 3. Sylu. verb. diuortium. q. 7.

&amp;c



& est communissima sententia, quam etiam tenet Gandinus n. 2. relatus.

Quartò inferitur, quid sciendum sit de muliere patienti amplexus, & oscula libidinosa, tactus ad mammillas. Id enim est iusta causa, ut vir ab ea diuertere possit, doremq; lucretur, quam ratione adulterij vxor perdit, iuxta c. plerunq; de donat. inter virum, & vxor. quando animus ad fuit vxori perueniendi ad adulterium, indeque matrimonij fama grauitè læsa est, aſſeruit Baldus. c. tua, num. 4. de procurat. Et clarè colligitur ex Bartolo. l. 1. n. vnico. ff. de extraord. crimin. vbi reprehendit Gloſſam ibi, verb. propter voluntatem, dicentem de dote, docent idem, oscula libidinosa plecti vxorem pœna extraordinaria. Et dicit imponendam esse pœnam adulterij ordinariam. Quæ tamen est diuortium, & dotis amissio. Idem tenet Beroius rubrica de iudicijs, nu. 23. Ioannes Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxorem. §. 78, n. 1. o. Et loquens de diuortio, subicensq; de dote, tenet idem, Felinus. c. præterea, de testibus, & attest. n. 3. vers. & dicas, & loquens de dote, docent idem, Ripa rubrica de iudicijs, n. 16. & sequentibus. Curtius in not. rubr. C. de edendo. n. 25. & sequentibus. Et ibi Bolognetus à n. 25. & dicit eò munem esse sententiam Bellonus ibi, nu. 81. Et tenet etiam Casillo. l. 81. Tauri. n. 3. vers. adde sicut mulier. Bernardus Diaz regula. 216. Matth. de Afflictis in consuet. regni Sicilia, lib. 3. rubrica. 46. n. 6. Crotus. l. 2. nu. 2. o. ff. solu. matr. & ibi Pontanus. 6. Carrerius in sua practica, tit. de homicidijs. §. 6. n. 234. Catellianus in memorabilibus iuris, verb. mulier propter. Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 77. ff. de liber. agnosce. Surdus de alimentis, tit. 7. q. 16. à n. 31. vsq; ad. 36. Et saltem quando non constat adulterium interuenit, nec ne, docent idem, Bermondus de publicis concubinarijs, rubrica de adulterio. n. 78. & sequentibus: & Azebedo lib. 8. recapil. rubric. tit. 20. n. 14. Duciturq; primò, quia scdum amittitur ob iniuriam illatà domino, turpiter eius vxorem tangendo. l. 1. §. 1. quibus modis scdum amittatur. Maiori autem afficit iniuria maritù vxor turpes admittens tactus. Secundo, quia iniuria irrogata viro ob adulterij, in causa est ut soli viro competat accusatio ad diuortium, doremq; amittendam. Sed aliquando maior iniuria irrogatur per osculum, ut si publicum sit, adulterium verò occultum.

Ergo sufficiet illud osculum. Nam vbi eadem est ratio, idem ius est. Tertio, quia factum puniens in termino, censetur punire in via, ut tradit Baldus. c. nam concupiscentiam, paulò post principium, vers. nota quòd cum aliquid, de consti. oscula autè sunt via ad adulterium. Quartò ex l. quod ait lex. 23. in principio. ff. ad l. Iuliam, de adult. quæ probat permitti patri filiam in osculis, & amplexibus inuicem necare: ut ibi exponit Gloſſa, verb. in ipsis, à fortiori ergo ob hæc permittetur diuortium, dosque amittetur. Deniq; ex l. consensu. §. 1. C. de repu. vbi iusta repudij, ac iacturæ dotis causa censetur, vxorem viro infcio cõuuijs virorum adesse: ergo à fortiori, si oscula, & amplexus patitur, erit iusta diuortij, ac dotis amittendæ causa.

Ceterum mihi verissimum esse, solos tactus quantuvis libidinosos, ac animo perueniendi ad adulterium habitos, eo non sequato, nec diuortio, nec dotis amissionem iustam præbere causam. Ducor, quoniã diuortij fundamentum, ac radix est, carnis in aliam diuisionem: ut. nu. 1. probaui. Quæ in solis osculis, & amplexibus non reperitur. Secundo ex l. consensu. C. de repud. & auhent. ut liceat matri. §. prædictis itaq; collat. 8. vbi inter iustas repudij causas minime referuntur amplexus, & oscula. Tertio, quia pœna imponendæ non sunt nisi in casibus iure expressis, auct. de non eligendo secundo nubentes. §. cum igitur, collar. 1. Quod latissimè multis adductis exornat Menochius de arbitrar. lib. 2. c. 2. turia. 3. toto casu. 276. Cum ergo in iure solùm concedatur diuortium, dosq; amittatur ob adulterium, extendendum nõ est ad oscula, & amplexus. Eò vel maximè, quòd si extensio fieret de adulterio ad osculum, esset arguere de maiori ad minus. Quod in pœnalibus quàm sit absurdum quis non videat. Quartò, quia verius est, statum puniens in termino, non censeri punire in via. Quod docent Decius. l. si fugitiui. n. 48. C. de seruis fugit. Iason. l. 2. in fine. ff. de iurisd. om. iudic. Quintò, quia licet prohibito consequenti sit prohibitum antecedens. l. oratio. ff. de sponsal. non tamen id locum habet quoad pœnam incurredam, ut testatur Gloſſa clem. 1. verb. extrahere, de confang. & ibi scribentes. Cynus, Bald. & Salic. l. 1. C. si rector prouincis. Decius. c. nam concupiscentiam. 2. leaura, nu. 13. de consti. Tandem, quia uel certum est non adfuisse adulterium, & tunc

12

non est cur imponatur pœna ordinaria adulterij, quæ est diuortium, ac dotis amissio. Vel id non constat: & tunc cum requiratur ad hoc præsumptio violenta. c. literis, de præsumpt. non debet imponi pœna ordinaria, ob oscula, & amplexus, nõ interuenientibus alijs coniecturis, quæ violentiam præsumptionem inducant. Illa enim sola minime probant sufficienter adulterium. Ut dicemus hoc lib. disput. numero. 47. Nec obstant argumenta contraria nõ. præcedenti adducta. Nam ad primum dico loqui in feudo, quod faellus amittitur, quàm dos. Nam feudum est feudatarij tantum quoad utile dominij: dos autem est proprium patrimonij mulieris. l. 3. sed vtrũ, in fin. ff. de minoribus. Et quia feudataris abstinere debet ab omni graui iniuria domini: Quod est speciale in feudo: quæ ei infert osculans eius vxorè. At quoad diuortij, & dotem amittendã id non est iure cautum. Ad secundum dico, quauis iniuria sit causa, ut soli marito cõcedatur accusatio, eã solã non semper esse causam diuortij, & dotis amittendæ, sed quando eò peruenit ut caro contigit in aliam diuidatur per concubitũ. Adde nec tam graue inserri iniuriam per oscula, & amplexus, licet quandoq; per accidens magis lædatur fama, eò quòd hæc magis publicè sint. Et deniq; quia ad extensionem legis pœnalis non licet arguere ex rationis identitate, ut probauimus num. 3. Ad tertium dico eam doctrinam non esse veram, ut proximè probaui. Ad quartum similiter dico eam Gloſſæ expositionem nõ esse admittendam. Nam textus clarè sentit oportere filiam deprehendi in ipsis actibus venereis, id est, in ipsa actus turpitudine, ut alijs citatis probat Barbosa. l. 2. in principio. p. 1. nu. 71. ff. solu. matr. Ad quintum dico, in eò textu propter circumstantiam loci, & temporis, & personarũ, saltem præsumptiõẽ probari adulterium. Tandem probatur hæc sententia, quia pœna delicto consummato imposita, ad articulationem producenda non est. l. sepe ita, in fine. ff. de verb. signif. Atq; ideo hanc sententiam loquentes de diuortio, & dotis amissione, sustinent Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 3. Boschus repetit. rubrica de iudicijs. nu. 3. & sequentibus. Bursatus conf. 435. n. 8. & n. 26. & sequentibus, volum. 4. Cantera. q. criminalibus. q. tangentibus punitionem delicti. c. 4. n. 32. Barbosa. l. 1. in principio. p. 1. n. 72. & 73. ff. solu

to matrim. Ludouicus Lopez. r. ip. instr. c. 295. §. ad hæc questio hæc. Et loquentes de solo diuortio tenent non sufficere oscula, & alios tactus libidinosos, Sot. 4. d. 36. q. vnice. ar. 1. vers. vtrum verò. Angles floribus. r. 19. de matrim. q. 9. de diuortio, art. 1. diff. 1. Palacios. 4. d. 27. disp. 3. col. 24. vers. sed non quid suspicio. fol. 604. Et loquentes de dote docent idem, Decius c. pastoralis. n. 33. de iudic. & rubrica eodem tit. in. 1. leaura. n. 7. & ibi Hieronym. Gigas in addit. vers. osculum. Et Syluest. Aldobrandinus ibi, in additionib. verb. nõ probatur. Idè Decius. l. si fugitiui. nu. 47. C. de seruis fugitiuis, Et rubrica. c. de ede do. n. 2. & ibi Bellon. n. 83. Cagnol. à n. 36. Aleia. lib. 4. paregon iuris. cap. 10. Naua. rubrica de iudicijs. nu. 6. & sequentib. Michael Calidonius repetit. eiusdem rubricæ. n. 51. & sequentib. & n. 71. Riminald. eadem repet. n. 10. & sequentibus. Parpal. l. 2. n. 25. ff. solu. matr. & ibi Corrauius. nu. 17. Casar Costalib. 1. variarum dubitationum iuris. c. 39. Vincentius Carolus regula cum quid. par. 1. limitatione. 1. numero. 16. de regulis iuris, in. 6. Costanus de dotibus. c. 6. à n. 36. Hieronymus Gratius conf. 30. n. 26. volum. 5. Iulius Clar. lib. 7. receptarum. §. adulterium. n. 16. vers. scias etiam. Padilla. l. transgieret. n. 87. C. de trãsa. & Menochius de arbit. lib. 2. c. 2. turia. 3. casu. 276. n. 4. & casu. 287. nu. 7. & sequentibus. Perez lib. 3. ordina. tit. 15. l. 2. fol. 292. vers. est dubium vtrum ex osculo. Salzedo addit. ad regulam. 26. Bernardi Diaz. Petrus Gregorius syntagmate iuris, lib. 9. c. 23. à n. 13. Anton. Gabriel tom. 2. commun. opin. in mea editione, lib. 13. §. penul. Gratian regula. 496. n. 5. ampliatione. 3. Manuel. l. 1. tomo summe. 2. editioni. c. 99. no. 1. Idemq; dicendum est in dubio an interuenit adulterium. Quia oscula illa, & amplexus, nisi alia circumstantia, ac coniectura concurrant, non probant adulterij. Ut latius dicemus hoc lib. disp. 12. n. 47. Ita docent Nau. d. rubrica de iudicijs. n. 20. & ibi Michael Caldon. n. 71. Riminal. Aleiat. & Cantera, Barbosa. n. 74. proxime citari. Quòd si interueniat alia circumstantia loci, & temporis, ex quibus probetur adulterium: tunc secundum omnes erit iusta causa diuortij, condemnabiturq; mulier dotis amissione. Hoc tamen non erit ob oscula, & alios tactus, sed quia ob prædictas circumstantias probatas præsumitur adulterij. Ut bene obseruant



Natur. eod. numer. 10. & Barboſa eod. numer. 7. Ex quo rursus inferitur, tutum esse tunc virum in conscientia, si aliud ei non constat. Quia censetur ea sufficiens adulterij notitia: si tamen ei constat non interuenisse adulterium, tenebitur in foro conscientie ad vxorem redire, & que dorem restituere. Quia sententia falsæ presumptioni innitens eum minimè redditutum.

13 Quintò inferitur, quid dicendum sit de copula, siue sodomitica, siue naturali, penetrando vas, semine tamen minimè intra illud emisso. De qua re disputantem inueni neminem. At cenſeo eam non esse iustam diuortij causam. Si tamen semen intra vas naturale, vel præposterè immittetur absq; eius penetratione, esset iusta diuortij causa. Ducor, quoniam in priori casu non est concubitus cõsummatus, sed attentatus; & ita non consummat matrimonium. Vt probauimus lib. 2. disp. 21. num. 5. nec caro coniugis in aliam diuiditur, sed diuidi attemptat. Vnde non incurrit diuortij pœnam talis coniux, tanquam non reus perfecti adulterij, perfectæ ve sodomiz. At in posteriori est delictu omnino consummatum. Quare talem copulam si naturalis sit, consummare matrimonium, ex omnium mente diximus eadem disp. 21. num. 2. Sed dices nulli vsui deferuere priorem huius corollarij partem, cū nunquam coniugi innocenti possit constare alterum adulterij reum minimè emisſisse semen. Id quidem fateor. Quia præsumptio est contra adulterum. At deseruiet ipsimet adultero, qui compensare nõ tenebitur eam copulam imperfectam, nepe, absque seminis immissione cum adulterio alterius coniugis. Vt dicemus hoc lib. disp. 6. numer. 3. Quando autem præter intentionem recipitur semen intra vas mulieris: dicam. n. sequenti.

14 Tandem inferitur quid dicendum sit de bestialitate. Et eam non præbere iustam diuortio causam, asseruit Abulensis capit. 5. Matth. q. 253. Sed meliùs ipsemet. c. 19. Matth. q. 65. in solutione ad. 3. & q. 66. & q. 70. in fine: & Veracruz. 3. p. Speculi. ar. 1. in probatione primæ cõclusionis, dicit esse iustam diuortij causam. Cùm verè caro coniugis in aliam diuidatur, nempe, in carnem bestiz, cui copulatur. Sicut quando viro vir sodomiticè miscetur. Nil enim refert misceri cum carne eiusdè, aut diuersæ naturæ. Cùm ad diuortium impertinens sit an possit ex copula sequi generatio: aliàs sodomitica non esset diuortij causa. At non credo esse iustam diuortij causam, concubitum intra vas femina, aut bestia mortuis. Quia non est propriè fornicatio, sed ac concubitus cum statu mulieris, quare non est verè diuisio carnis in aliam. Similiter non credo esse causam diuortij, si vir in balneo existens semen voluntariè expellat, & matrix alieius feminae illuc ingredientis illud atraheret. Quia fuit præter intentionem viri, atq; ita ex intentione non fuit perfectus concubitus.

16 A d argumenta. n. 2. proposita respõdetur. Ad primu dico nomine fornicationis nõ tantu veru adulteriu naturale comprehendit, sed omne concubitu per quem fit carnis diuisio in alia. Vt. n. 3. probaui. Ad secundum, die etiam obligare corpora ne alij vsui innaturali tradatur: aliàs sodomia coniugata mulieris non haberet circumstantiam necessariò confitentiam. Ad tertium dic affinitatem solam oriri ex copula naturali, die qua potest sequi generatio: hoc ita iure disponente. At diuortium nõ pendet ex affinitate, nec ex seminum cõmixtione per copulam naturalem, sed ex carnis in aliam diuisione. Quæ in copula sodomitica reperitur.

DISPUTATIO QVINTA.

An dentur aliqui casus, in quibus non liceat diuortium celebrare propter coniugis adulterium?

SVMMARIVM.

A D triplex caput reducuntur casus, in quibus non licet diuortium ob adulteriu. num. 1.

Non licet, quando vterq; fornicatus est. n. 2. Quid, si vir vxorem prostituit? num. 3. Quid, si non iniuncta sit a viro prostituta? num. 4.

Quid,

Quid, si vir conscius dissimulet adulteriu vxoris, vel suspectum de adulterio retineat: vel e contra? nu. 5.

Quid, si vir causam adulterandi præbeat vxori, donec negans alimentis, & sicut expellens? nu. 6.

Quid, si causa adulterij fuit, virum negare de bitum vxori? Et explicatur. c. si tu abstines. 37. q. 2. nu. 7.

Quid, si vir infidelis ad fidem cõuersus, ansum fornicandi vxori infideli dederit, repudiatus, aut nolens ad consortium maritale admittere volentem absq; Dei cõtramelia cohabitare? Et explicatur. c. gaudemus, de diuortijs. n. 8.

Quid, si causa fuit, virum coram iudice negasse matrimonium, ipsamq; in probatione de ficiõnem succubuisse. & virum absolutum fuisse, & vxorem alij nupsisse, an possit prior vir ab ea diuertere? nu. 9.

An vir expellens iniuncte vxorem ob id adulterium, acquirat dorem? nu. 10.

Vt nõ sit diuortij causa, si coniux probabiliter credens alterum decessisse, ad alias nuptias transiit: desideratque culpa lethalis in adulterio, vel transitu ad nuptias, vt liceat diuortium? nu. 11.

Quid, si coniux fornicetur, credens alium mortuum? nu. 12.

Quid, si vxor fuerit violenter cognita, an possit dimitti? nu. 13.

Quid, si vxor causam violentia dederit? num. 14.

Quid, si solo metu, an vir possit diuertere, doremq; lucratur? Refertur quedam sententia negans. n. 15.

Sententia Aethoris, & enodatur. c. proposito. 32. q. 5. n. 16.

Quid, si coniux alteri commissetur credens esse suum coniugem? nu. 17. & ibi, an credatur eius iuramento.

Quid, si ipore infidelitatis coniux repudiatus, aut repudiatus aliud ineat matrimonium, an sit iusta diuortij causa? nu. 18.

Quid, si innocens internè, vex externè alteri condonet adulterium? nu. 19.

An condonatione facta possit coniux reconciliatus accusari de nouo adulterio admissio? Et explicatur. c. de Benedicto. 32. quaest. 1. numer. 20.

An possit tunc accusari de adulterio prius condonato? nu. 21.

An adulterium innocentis post reconciliatione lapsi, compensatur cum adulterio prius condonato? nu. 22. remissiuè.

An casus hi in quibus, non licet diuortium prop

ter adulterium, conseantur iure diuino. & naturali excepti, nequeatq; Eccl. & restrin gere facultatem diuertendi ob adulterium? numero 23.

Septem casus ex iure canonico collecti enumerantur ab vniuersis Doctoribus, in quibus non licet ob adulterium celebrare diuortiu: Qui ad triplex caput reducuntur. Primum est. Quia alter coniux est eiusdè criminis particeps, aut pariter adulterans: aut adulterio alterius consentium præbens. Ex quo primus & secundus casus confurgunt. Secundum est, quia culpa valet adulterium, ac proinde non est formaliter adulteriu, sed tantum materialiter. Ex quo oriuntur tertius, quartus, quintus, & sextus casus. Tertium est. Quia coniux iniuria ob adulterium affectus, illam condonat. Ex quo septimus casus procedit.

Primum ergo casus est, quando vterque coniux est eiusdem criminis particeps: nempe, quia adulterium vterque parauit, tra habetur caput. significasti, de diuortijs capit. intelleximus, & capit. finali, de adulter. l. viro atque vxore. ff. soluto matrimonio. quibus in locis ea redditur ratio. Quod paria delicta mutua compensatione aboleantur. Vnde. D. Augustin. lib. 1. de sermone Domini in monte cap. 28. relatus cap. 1. 32. quaestio. 61. ait. Nihil iniquius, quam fornicationis casu diuertere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud. In quo alterum indicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ indicas. Et circa hunc casum nil animaduerto. Quia in sequentibus multa circa illud disputanda sunt.

Secundus casus est, quando vir vxorẽ prostituit. Habetur. c. discretionem, de eo qui cognouit consanguin. Et ratione reddam. n. sequenti.

Difficultas autem est circa hunc casum. An intelligatur, quando vxor iniuncta, & reticens prostituta est a viro? Id enim affirmant glossæ. c. discretionem, verb. præsertim, & ita explicat illud textu, dicit ait. Præsertim iniuncta: id est, tantum iniunctam. Et cap. significasti, verb. materiam, de diuortijs, Ricard. 4. d. 5. art. 2. quaest. 1. Affertis. 2. par. summa; lib. 8. tit. 1. art. 3. q. 12. Quia quando vxor non coacta prostituta est, rea est culpa adulterij: ac proinde illud dimitti poterit. Verum omnino tenendum est, sufficere vt de viri bene-



placio vxor etiam volens committat adulteriu, ne ob id a viro dimittij possit. Quod aperte probat textus. d. c. discretionē, ibi. *Præsertim inuitam.* Nam de natura illius dictionis implicatiua, præsertim, est asserere certum, & denotare, seu implicare idē esse in casu magis dubio contrario (vt probat lib. 2. disp. 39. n. 6. & lib. 6. disp. 14. n. 21.) Atque ita vult textus idem dicendum esse quando vxor volens prostituta est a viro. Nec valet dicere, præsertim, accipi pro tātū, quia ea est impropria vsurpacio. Vt docet Sylu. summa verb. maxime, nu. vnico. Proprietas autem verborum seruanda est, nec ab ea recedere licet, nisi quādo in significatione propria verificari minime possunt. Vt ex multis probat Mantica de coniect. vltim. volut. lib. 3. tit. 5. num. 5. Et idem probant. l. cum mulier viri. 49. ff. solut. matrimo. & l. 2. §. si publico. ff. ad l. Iuliam, de adul. l. 6. tit. 9. part. 4. l. 7. tit. 17. part. 7. vbi interdicitur marito accusatio vxoris, propter lenocinium. Deinde, quia cām vir eodem crimine implicetur, perinde est, ac si ipse sit adulterij reus. Tādem, quia iniuria illata viro ob adulteriu, est causa, & fundamentum diuortij. Quæ cessat ipso consentiente. Nam scienti & volenti non fit iniuria. Regula, scienti, de regul. iuris, in 6. Atque ideo huius sententia videtur esse. D. Thom. 4. dist. 35. q. vnica, artic. 1. Et vniuersi alij Doctores, qui indistinctē statuunt hunc casum, quādo vir prostituit vxorem. Et in proprijs terminis contra Glossam docent Ioan. Andr. cap. significasti, numer. 7. de diuor. vbi Anton, numer. 7. Abb. numer. 6. Præpof. numer. 4. Alexan. de Neuo numer. 7. Idem Abb. cap. discretionem, num. 8. de eo qui cognouit confang. vbi Præpofitus, numer. 5. Alexan. de Neuo, numer. 9. Ananias cap. penultimo, numer. 3. sine, de adult. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 8. num. 14. Sylu. verb. diuortij quæst. 9. casu. 1. Tabiena matrimonium. 4. numer. 1. casu. 2. Armilla, verb. matrimonium. 73. casu. 2. Nauar. lib. 4. conf. in. 1. editione, tit. de Sponsal. conf. 19. num. 3. & in 2. editione, lib. 3. tit. de conuers. coniug. confilio. 4. sine. Burfatus conf. 218. num. 6. volumin. 2. Cantera quæst. criminalibus quæst. tangentibus punitionem delicti. c. 4. numer. 42. Quæstada in questionibus iuris ciuilibus cap. 18. num. vnico. Lancelotus inflit. iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs 1. multum autem inter est, verb. non com-

pellitur. Et ex Theologis. D. Bonauent. 4. dist. 35. q. 1. num. 7. vbi Palud. q. 1. casu. 2. numer. 13. Maioris, quæst. 1. argumentum contra. 1. conclusionem, casu. 8. Supplem. Gabrielis quæst. vnica, artic. 2. post. 1. conclus. casu. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. casu. 1. Abulenſis cap. 19. Matth. q. 65. casu. 2. Sotus. 4. d. 36. quæst. vnica, ar. 2. post. secundus casus. Victoria summa, de matrim. numer. 289. Petrus de Soto l. 2. de matrim. §. igitur textus. Castro lib. 1. de lege pœnali cap. 4. paulo ante. §. vt igitur. Ledesma. 2. par. 4. q. 64. ar. 2. paulo post principium, Veracruz. 3. part. Speculi, artic. 1. conclus. 5. casu. 2. Bellarminius lib. 1. de matrimo. cap. 14. §. tertium est. Palacios. 4. dist. 27. disput. 3. columna. 19. fol. 601. & dist. 35. disp. vnica, column. 3. verb. ceterum si autoritate. Enriquez lib. 1. de matrimo. cap. 17. nu. 4. Manuel. 1. tom. summæ. 2. editione. c. 240. num. 3. fin. Bartholom. à Ledesma de matrimo. dub. 65. post. 5. conclusionem, casu. 2. Graff. 2. par. decisionum, lib. 1. cap. 12. numer. 72. casu. 3. Vega. 1. tomo summæ. c. 13. casu. 17. & 18. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de matrimo. cap. 54. vbi de diuortio quoad habitacionem, col. 4. vers. præterea aliud.

Imò idem dicendum est, si vir adulterij vxoris conscius nolit prohibere, cum possit. Idem enim est scientem non prohibere delictum inferioris, cum possit, & consentire, seu in crimen conuicere. Atque ideo tanquam leno punitur si vir. l. 2. C. ad l. Iuliam, de adul. Si Palud. Supplementum Gabriel. D. Antonin. Syl. Tabiena, Armilla, Victoria, Sotus, Ledesma, Castro, Palacios vtroq; loco; Enriq. Barthol. à Ledesma, Manuel, Vega casu. 17. Ludolop. n. præcedenti allegati. Et in potentia prohibedi, ne viro id vxoris adulteriu imputetur, explicat Palacios priori loco ibi allegato, quando abstinet à prohibitione, dicitur tunc cadeti in viri constantē. Sed mirius, & melius dicit posteriori loco, ceteri non posse, quādo sine graui damno nauarquit prohibere. Nō autē censetur conuicuiens in adulteriu, si vxorē de adulterio aliquantulum suspēdam retineat. Et ita. d. l. 2. non punitur hic tanquā leno. Sic Sotus ibi. Doctores minimē expliçant, quid dicendum sit de vxore conscia adulterij viri, nec prohibente, non tamē positū cōsentienti, an possit ob id adulteriu, recedere a viro. Et existimo non posse, quando assensum præberet viro. Propter rationes,

nu.

nu. præcedenti allatas. Non sic autem credo, quando solū delicti conscio non prohiberetur. Tū, quia communiter non audent viros fœminæ reprehendere. Tū etiam, quia cū vxor sit inferior, & proinde eius non sit delicta viri prohibere, eius taciturnitas non reputatur consensus. Quod visus est significare Castro proximē citatus: ait enim virum tacentem censi consentire: eod quod silentium superioris impedire potentis, est imperium. Quid autem, si vir sit causa adulterij, simulans se proficisci, & obseruans vxorem, vt eam deprehendat in adulterio dicam disp. 12. n. 52.

Non autem est idem censendum, si vir aliud agens, indirectam occasione adulterij præbeat. Vt putā vxorē domo iniuste expellendo, eam ve deserendo, aut necessaria alimenta denegādo. Tunc enim si vxor adulteretur, potest vir diuertere. Sic habetur. c. significasti, de diuor. vbi vir nō cogitur adulteram recipere vxorē, non obstant allegata per ipsam exceptione, quod vir in causa fuerit ipsam iniuste expellens, vbi Glossa, verb. manet, reddit rationem, quia mulier nulla ad fornicandum adduci debet ratione. c. ita ne. 32. q. 6. Idem dicitur. c. ex literis, de diuor. vbi non auditur vxor allegans fe adulterum admisisse, eod quod vir ei necessaria denegarit alimenta. Vbi Glossa verb. compulsa, eam reddit rationem, quod nō sit ignoscendū turpiter viuenti præteritū peccatum. Quia tūc per se deest, ac in adulterio conuicere. Sic docet Paludanus, Sotus, Castro, Palacios in priori loco, Vega casu. 17. relati, numer. 4. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 217.

Alij intelligunt, nisi vir adulterij causam dedisset negando debitū coniugale. Tūc enim ob vxoris adulterium non permittitur ei diuortij. Idq; probatur, ex D. Chrysofomo homilia. 1. in Psalmū. 50. & refertur. c. si tu abstines. 37. q. 2. ibi. *Si tu abstines sine vxoris voluntate, tribus ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tua imputabitur abstinentia.* At quando vxor de licentia viri fornicatur, nō licet viro diuertere. Quare hanc partem tenent Ioannes (vt refert Glossa ibi, verb. imputabitur.) D. Th. 2. ad Corinth. 7. lect. 2. paulo post principi-

pium. Ang. verb. debitum, nu. 7. fin. Bartholomæus à Ledesma dub. 61. de matrimonio. 5. alij ad dunt. Et dicit esse probabilem Ludouicum Lopez. n. 4. allegatus. Et fauet Guillermus Borriolus. 4. d. 35. q. vnica, artic. 2. propositione. 8. vbi negat diuortium viro nolēti cum vxore habitare, si ob id ipsa fornicetur. Et forē in hoc casu intelligitur Emmanuel Sa summa verb. diuortium, vers. non potest dimittere, vbi ait non posse dimittere qui dedit adulteradi occasione. Quod idē repetit, verb. debitum coniugale, versā coniuge adultero. Ceterū hæc limitatio admittenda nō est, sed tunc permittitur viro diuortium. Quia hæc causa adulterandi est remota, & potius occasio; quā eod non tendat vt fœmina fornicetur. Quare D. Chrysof. eo. c. si tu abstines, nomine licentia occasione intellexit. Vt explicat ibi glossa, verb. licentiam. Deinde, quia vrgentiore est occasio, quando vxor domo expellitur, alimētisq; priuatur. Tunc enim debito, & cohabitatione, ac alimentis defraudatur. Cū tamen ea non obstant dimitti possit vxor fornicans. Vt numer. præcedenti probauimus. Atq; ideo hanc partem defendunt Glossa eod. c. si tu abstines, verb. imputabitur. Ricard. 4. d. 35. art. 1. q. 1. vbi Maioris. q. 1. arguendo contra. 1. conclusionem, casu. 8. Abulenſis. c. 19. Matth. q. 65. casu. 2. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. casu. 7. Sylu. verb. diuortium. q. 9. sine, Tabiena matrimonium. 4. num. 1. sine, Armilla, verb. matrimonium, num. 73. Veracruz. 3. p. Speculi, artic. 1. conclusio. 5. casu. 2. Palacios. 4. d. 27. disput. 3. column. 23. fol. 603. vers. arbitrator autem. Graff. 2. p. decisionum, lib. 1. c. 12. n. 75. Vega. 1. tomo summæ. c. 13. casu 18. sine. Quod bene intelligit Palacios, nisi vir debitum negasset, eo sine vt illa fornicaretur. Quod consonat diuis. n. præcedenti, in sine.

Hinc inferitur, quod dicendū sit ad questionem illā, quam tetigit. D. Th. 4. d. 39. in sine, explicans Magistrū literam. Num infidelis ad fidē cōuerſus possit ab infideli diuertere ad fidē cōuerso, obijciens ei fornicationē tēpore infidelitatis admiffā, occasione data per coniugē innocentē, eod quod noluerit ad cōfortiū maritale admittere illū volentē cohabitare absq; contumelia creatoris? Et posse diuertere negat. D. Tho. quia fuit in culpa, causaq; fuit fornicationis illius. Ipsum sequuntur Astenf. 2. par. summæ, lib. 8. tit. 21. art. 2. quæst. 7.

Siff 3

Et



Et Vega tomo. 1. summæ. cap. 13. casu. 12. Et addit Astenfis idem esse, si infidelis ille repudiatus est: vel alter noluit cohabitare in casa dicto. Sed fateor me non videre fundamentum huius doctrinæ, solidū esse ratione occasionis illius data. Quia nu. 6. probauimus esse occasionem remotam adulterij, expulsionem vxoris iniustam, ac proinde minimè obstat diuortio. Sed dicendum est, id esse quoddā repudij genus: cum infidelis ille coniux omnino a consortio maritali excludatur. Et cum infideles existiment dissolui matrimonium per repudium. Non potest fornicatio illa damnari tanquam adulterina. Et iuxta ea, quæ nu. 12. dicemus, non potest subinde esse causa diuortij. Deinde, eò ipso quòd infidelis ipse omnino exclusus est, videtur excludens quasi liberam facultatē concedere ad vsum sui corporis, absque matrimonij iniuria. Iuxta ea, quæ nu. sequenti dicemus. Sed fortiter obstat videtur. e. gaudemus, de diuortijs, in fine, ibi. *Non tamen dimissor potest obijcere fornicationem dimisse, pro eo quòd nupsit alij post repudium: nisi aliàs fuerit fornicata.* Ex quo constat posse obijci vxori repudiatæ fornicationem admissam post repudium. Illa enim exceptio, *Nisi aliàs fuerit fornicata.* Ne sit inepta, debet intelligi de regula ibi tradita. Nam exceptio semper debet esse de regula, vt multis adductis probat Euerardus loco, ab exceptione ad regul. nu. 9. Verū hoc non obstat. Quia tantū eò pertinet decisio illius textus, vt fornicatio tempore infidelitatis admissa nō censeatur deleta per baptismū quoad diuortij ratione illius celebrandū. Et ita ad hoc confirmandū adducitur textus ille à multis Doctores id afferentibus (vt vidimus disp. 3. nu. 5.) Non autē intēdit textus, vt fornicatio admissa post repudium celebratū, sit sufficiens diuortij causa, sed intelligendus est de præcedenti repudio. Quæ nullo pacto ab adulterij culpa excusari valet. Nec sic sumpta exceptio illa, est extra regulam. Quia textus ille tractat quādo coniux infidelis possit dimitti, & positus alijs casibus, dicit nō posse dimitti eò quòd post repudiū transierit ad alias nuptias, nisi cōuincatur de fornicatione, ratione enim illi quāuis tempore infidelitatis commissa sit, potest dimitti. Nō tamē agit textus, si post repudiū commissa fuerit. Ex ita exceptio est ab illa regula, infidelis ad fidē cōuersus nō potest dimittere coniugem legitimū infide-

lem, volentem conuerti, aut habitare sine Dei contumelia, etiam si post repudiū inierit aliud matrimonium. Potest tamen dimitti, si fuerit fornicatus, nempe, ante repudiū: quādo credebatur legitimū permanere matrimonio.

Secundò inferitur, quòd si marito negate coram iudice matrimonium, quod quia probari nō potuit (vt si fuit clandestinum ante conciliū Tridentinū: vel obiere Parochus & testes corā quibus est celebratū post Tridentinū, & non est in libro scriptū, aut ille non cōparet.) Dissolutū est matrimonium: non potest vxor tunc transire ad alias nuptias, eaq; consummans, ratione huius adulterij dimitti à priori viro. Quia eam omnino dimittens, negansque matrimonium, & obteperans sententiæ dissolutionis illius, dedit causam propinquā adulterij illius. Sic tradunt Nau. sum. latina. c. 22. n. 24. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 17. n. 4. in fine. Et idem credo, si tunc vxor illa fornicetur. Quia militat eadem ratio occasionis propinquæ data.

Tertiò inferitur, non esse admittendam doctrinā grauisimorū Doctōrū afferentū, si mulier ob seuitiā viri ab eius cōsortio aufugiat, & post fugā adulteretur, minimè posse eā à viro de illo adulterio accusari ad dotis amissionem. Cū ipsius causa fuerit vir ipse. Hi Doctores sunt. Ioan. Lupus rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 20. n. 4. & §. 64. n. 3. & c. per vestras, eod. tit. notabili. 3. ad fin. ipsius principij. Tiraq. l. 1. cōnubiali. p. 1. gl. n. 24. Coua. alios referens. 4. decre. 2. p. c. 7. §. 5. nu. 2. Ferronius in consuetud. Burdeg. lib. 1. tit. 4. §. 1. column. 2. ante medium. Ludouic. Lopez. 2. p. instruat. de mat. c. 54. vbi de diuortio quoad habitationem, paulò post principium, casu. 2. Et quando vir iniuste vxorem expulit, quæ post fornicata est, docet idem Cifuentes. l. 81. Tauri, limitatione. 4. Ceterum dicendum est hanc causam remotam adulterij à viro datam, malè vxorem vexando, iniuste ve expellendo, non impedire accusationem adulterij ad dotis amissionem, & vt eò lucretur vir. Quia textus nu. 6. allegati nō admittit hanc vxoris exceptionē aduersus accusationē viri. Deinde, quia potius omnia mala perpeti vxor tenetur, quā peccare in corpus. c. sacris, de his quæ vi. Tandem, quia non potest dici culpa mariti commissum fuisse adulterium illud: cū illius culpa ad id minimè fuerit ordinata. l. non omne. ff. de

statu

statu liber. l. si is qui. ff. de actio. & oblig. & ita hanc sententiam sustinent Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his, num. 2. ro. & 2. r. ff. de liberis agnos. Sordus de alimētis, tit. 7. q. 16. n. 42. Barbosa alijs relatis, & appellans oppositam sententiam falsam. l. 2. in principio. p. 1. nu. 97. ff. soluto mat. Azebedo lib. 8. recop. tit. 20. l. 4. num. 36. Eset tamen prior sententia admittenda, quando vir seuitia, aut expulsiō eò tendit vt vxor fornicaretur. Tunc enim sicut vir non potest de illo adulterio accusare ad diuortium: iuxta dicta, nu. 6. ita nec ad dotis amissionem. Quare licet iudex sibi applicaret dotem, eò quòd probata non fuerit ea viri intentio, tenebitur vir in foro conscientie eam restituere. Nec excusabit sententia falsæ præsumptioni innitens. Quòd si dicas illam intentionem me te retentam esse: atque ita nil posse operari in contractibus, qualis est iste, vt vir lucretur dotem ob adulterium vxoris. Ea enim tacita conditio viri recepit dotem, ad eius restitutionem soluto matrimonio se obligans. Respondeo hic vnā cum actu interno, expulsionem, aut seuitiam, quæ causa fuit, interuenisse, illaque actus externus esse.

Tertius casus est, quādo vxor probabiliter credens virū decessisse, alij nubit: vel e contra. Tunc enim coniux superuiuens non potest diuortij celebrare ratione illius adulterij, eò per bellicam. 3. q. 2. & concordat. l. vxor. 7. C. de repud. Et ratio est, quia tunc non est adulterij formaliter, culpa, vacat. Nec sufficeret qualicumque culpa, sed oportet eā esse mortale. Vt hęc aduertit Castro lib. 2. de lege pœnal. c. 4. §. vt nostrā. Quia pœna diuortij est grauisima, indignaq; subinde vt ob leuem culpā incurratur. Est tamen limitandus hic casus, nisi coniux de vita prioris coniugis certificatus fuerit in secūdo illo matrimonio, debitum reddens, aut petens. Quia tūc iā verè reus est adulterij. Sic Hostiens. sum. tit. de diuortijs, n. 8. casu. 3. Vincencius speculo doctrinali, tom. 2. lib. 10. c. 42. Asten. sum. 2. p. lib. 8. tit. 33. art. 3. casu. 3. Monal. sum. tit. de diuortio. §. propter quid fiat diuortium, vers. ite sunt quidam casus, casu. 3. Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 2. casu. 4. n. 14. & ibi Supple. Gabrie. q. 1. art. 2. post. 1. conclusionem, casu. 3. Henri. c. significasti. n. 12. de diuortijs. Lex. 8. tit. 9. p. 4. & ibi Greg. Lopez, verb. si despues, Moral. valus. l. 6. paulò post principij, tit. 9. p. 4.

D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. casu. 3. Syl. verb. diuortium. q. 9. casu. 2. Vêracruz. 3. par. Specul. ar. 1. conclus. 5. casu. 3. Palacios. 4. dist. 35. disp. vnica, column. 4. vers. tertia limitatio. Abulensis. c. 19. Matth. q. 61. casu. 3. Et addit bene Palacios, idem dicendum esse, quando coniux iam dubius de prioris coniugis vita, petit debitum. Quia cum illa copula sit spontanea, non vacat adulterij culpa. Quod tamen intelligo, si ante sufficientem adhibitam diligentiam petat debitum, nam ea adhibita si non potest certificari de vita prioris coniugis, potest deinceps petere (vt probauit lib. 2. disp. 42. n. 47.)

Nec si coniux credēs probabiliter aliū coniugem mortuum, fornicetur, potest eò coniuge ratione illius fornicationis dimitti. Quia excusante iusta matrimonij ignorantia, fornicatio illa vacat culpa adulterij, nec tale est formaliter. Quare illius pœna, quæ est diuortij, ac dotis amissio, plebenda minimè est. Sicut accedens ad consanguineam vxoris, ignarus consanguinitatis, quia excusatur ab incestu, non incurrit eius pœnam, quæ est priuatio petendi debitum conjugale (vt probauit lib. præcedenti, disp. 32. nu. 47. & 48.) Præterea, quia Federicus, quæ refert, & sequitur Acan. c. final. n. 3. de adult. & ibi Card. in fine, docent accusatam vxorē de adulterio nō posse dānari pœna legali illius, sed simplicis fornicationis, si probet fuisse tunc famā cōmune mortis viri. Quia adulterij nō cōmittitur absq; dolo. l. pen. C. ad l. Iuliam, de adult. Deinde, quia accedens ad conjugatam, existimans eam esse solutam, nequit adulterij pœna puniri. l. §. tit. 17. p. 7. Castillo. l. 82. Tauri. nu. 8. Tandē, quia Albericus in suo dictionario, liter. A. verb. adulterium, vers. idē si crederit, air non posse obijci adulterium vxori crediti virum defunctum. Et constat ex. c. si vir go. 34. q. 2. idemq; probauit lib. 7. disp. 101. n. 4. vbi & respōdi ad. c. gaudemus, de diuor. q. cōtrariū probare videtur. Imò crederiderim, non esse causam vt legitimus vir ab ea vxore diuertat, si existimans eum esse mortuū, alijsq; nuptijs celebratis, fornicetur. Quia quāuis nō excuset à culpa adulterij in ordine ad posteriorē virū putatiū, eū existimet posteriori matrimonij esse legitimum. At respectu prioris viri, cuius matrimonio se soluta eius morte probabiliter existimat, nō est ea rea adulterij. Diuortium autem priori viri solum conceditur

301

SIII 4

ob



ob iniuriam sibi irrogatam adulterino cubitium, quo eius matrimonium ostenditur. Qualis non est hic. Sed obijcies hunc conjugem dedisse operam rei illicitæ. Iam factis feci simili obiectioni, lib. 7. disput. 100. n. 3. & lib. præced. disp. 32. n. 24.

13 Quartus casus est, quando vxor fuit violententer cognita. Cui enim culpa vacet adulterium illud. e. ita, & e. proposito. 32. q. 5. imputari non debet ad diuortij pœnam.

14 Temperant aliqui, nisi vxor causam violentiæ dedisset. Vt quia non audiuit viro monenti fugam, ne vi hostium opprimere tur. Sic Cantera. q. criminalibus. q. tangentes punitionem delicti. c. 4. n. 49. Ceterum dicendum est adhuc non posse accusari de illo adulterio ad diuortium, aliamve pœnam. Quia. i. vim passam. ff. ad. l. Iuliam, de adult. indistinctè deciditur vim passæ non esse adulterium imputandum. Item, quia nullius criminis vxor rea est, quæ coacta fuit, nec prohibere potuit. l. nullum. ff. de regul. iuris. Nec semper imputatur esse dux subsequens, ubi culpa precedit. c. quoniam, de concess. præb. Cum culpa illa inobedienciæ vxoris non fuerit ordinata, vt opprimeretur. Atq; ita Glossa. e. de pudicitia, verb. eripi. 32. q. 5. mora hac questione nil decidit, sed remittit se ad. q. Dominicalem, ubi sustinuit adhuc non posse dimitti vxorem. Et idem docet Archid. eo. c. de pudicitia. n. vnicò, & Belamera. n. vnicò, & ibi Ioannes, quem refert, ac sequitur Gregor. Lopez. l. 7. verb. por fuerza. tit. 9. p. 4.

15 Alij autem sunt in contrario extremo, vt intelligant non solum excusari mulierem à pœna diuortij, & dotis amittendæ, quædo vi præcisè oppressa est, sed etiam quando metu cadente in feminam constantè. Ducuntur, quia. D. Aug. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 19. & refertur. c. proposito. 32. q. 5. Lucretiam excusat ab adulterio, dicens solum accedentem ad ipsam fuisse adulteram, eò quod coacta sit. Et tamen non vi præcisè, sed metu solo coacta est. Nec potest dici excusari tunc à culpa adulterij: sentit ergo excusari à pœna illius, quæ est diuortium. Secundò, quia Baldus. l. eam quam numer. 25. cap. de fidei commissis, docet feminam concipientem ex tyranno coniugato posse prolem instituerè. Quoniam talis coitus matris nõ subiacet pœnæ, excusante violentia. Tertiò, quia ubi lex dolum requirit, non sufficit culpa. l. i. ff. de siccar. & notatur. l. in actionibus. ff. de in li

tem iur. & l. quod Nerua. ff. depositi. Adulterium autem quoad pœnam requirit dolum. l. penultima. ff. ad. l. Iuliam, de adult. Qui desideratur, ubi adest metus foemina constantis. Atq; ita docet Abb. conf. 4. nu. 3. volum. 1. Rosell. verb. adulterium. n. 5. ubi Sylu. q. vltima. Armilla. n. 5. Tabien. q. 1. n. 3. Grassi. 2. p. de cisionum, lib. 1. c. 12. n. 72. casu. 2. & dicit fortè verum Gregor. Lopez. l. 7. verb. por fuerza, tit. 9. p. 4. Et fauent Glossa. d. c. proposito, verb. adultera, & verb. vnus, & ibi Archid. & Belamera ad finem, ubi textum illum intelligunt de metu, & intelligunt vnum tantum fuisse adulterium quoad reat, & pœnam adulterij secundum leges. Quauis secundum canones sit adulterium. Addit Abb. Sylu. & Rosella idem dicendum si foemina sic metu oppressa, ob verecundiam, & timorem infamiæ nõ clamaret. Et hæc sententia probabilis est.

16 Verum à communissima sententia recedendum minime esse arbitror, quæ docet metum non excusare, quin liceat viro diuortium facere. Quia re vera non excusat à culpa mortali adulterij, & fidei fractæ, quæ causa diuortij sunt. Et ad illam culpam mortalem canones attendunt. Vnde cautè glossa. d. c. proposito, & illam sequentes Archid. & Bellamera dixerunt excusare metum à pœna legali adulterij, quæ dolum desiderat. At secundum canones esse adulterium, quasi senserint non excusare à pœnis canonicis, quæ culpam considerant. Quales sunt diuortium, & dotis amissio. c. plerumq; de donat. inter vir. & vxor. Et per hoc cessant obiecta, quæ de pœnis legalibus probant. Atq; ita loquentes de diuortio sentiunt ex iurisperitis, Goffredus sum. tit. de diuortijs. nu. 4. Hostiensis summa, eodem tit. n. 8. Albericus in suo dictionario, liter. M. verb. matrimonium. 8. §. quid si aliquis coniugum. Henric. c. signifiçasti. n. 12. de diuortijs. Monaldus summa, tit. de diuortijs. §. propter quid fiat diuortium, vers. item sunt quidam casus, casu. 5. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 22. q. 8. Astenis summa 2. p. lib. 8. tit. 23. ar. 3. casu. 5. Sylu. verb. diuortium. q. 9. casu. 4. Tabien. matrimonium 4. n. 1. casu. 5. Armill. verb. matrimonium nu. 73. casu. 5. Motalus. l. 6. ad finem, tit. 9. p. 4. Couar. 4. decret. 1. p. c. 5. initio. n. 3. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 217. Azebedo lib. 8. recop. tit. 20. f. 1. n. 22. ponderaus illam legem, vt vel in

hoc regno solum excusari vxorem à pœnis legalibus, quando adulterium fuit ita violentum, vt culpa in eo non fuerit, ubi. *Iti por ventura la muger no fue en culpa, & fuere forzada no ayta pena.* Nam copula, & vtrumq; coniungit, petitq; vim à culpa excusantem. Et ex Theologis, idem tenent. D. Bonau. 4. d. 35. in expositione literæ. n. 2. ubi Durandus. q. 1. ar. 1. nu. 6. Palud. q. 1. ar. 2. casu. 5. n. 16. Supplementum Gabriel. q. vnica, art. 2. post. 1. conclusionem, casu. c. Vincentius speculo doctrinali, tom. 2. lib. 10. c. 42. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 23. §. 6. casu. 4. Sotus. 4. d. 36. q. vnica. ar. 1. versic. & eadem ratione. Castro lib. 2. de lege penali. c. 4. §. vt nostram: licet enim videatur prima facie oppositum sentire, ac clarè est huius sententiæ, metum enim appellat ubi violentiam: & ita dicit intelligi de vera, & absoluta violentia, ubi nullus interuenit consensus, aliàs (inquit) sicut nec à culpa, ita nec à diuortio excusaretur vxor. Palacios. 4. d. 27. disp. 3. colum. 21 fol. 602. & d. 45. disput. vnica. col. 4. vers. quinta limitatio. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 17. n. 5. Bartholomeus à Ledesma dubio. 65. de matrim. post. 3. conclusionem, casu. 5. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de matrim. c. 38. fol. 1049. §. circa alium casum. Vega. 1. to mo summa. c. 13. casu. 16. Casado summa sacramentorum, ubi de matrimo. c. 7. numer. 58.

17 Quintus casus est, si coniugi commiserit alter sub mariti specie latenter, & bona fide ex parte coniugis. Sicut accidit Iacob eum Lia, Genes. 29. Tunc enim sicut bona fides excusat concubium coniugis à culpa adulterij, ita à pœna diuortij cum lectum. 34. q. 2. Ad probandam autem hanc coniugis bonam fidem sufficit eius iuramentum, & habito respectu ad eius honestatem, & alias probabiles coniecturas, vt tradunt Hostiensis sum. tit. de diuortijs. n. 8. casu. 3. Astenis sum. 2. p. lib. 8. tit. 33. ar. 3. casu. 3.

18 Sextus casus est, si matrimonio ab infidelibus inito, datoq; libello repudij, coniug dimissus ad aliud trāseat matrimonium, non poterit repudiandis obijcere coniugi repudiato consummationem illius secundum matrimonium, quæ adulterium est, quod ab illo diuertat. Habetur expressè. c. gaudeamus, de diuortijs, in fine. Cuius ratio communiter redditur. Quia infideles existimant matrimonium dissolui per repudiū, iuxta eorum ritus celebratum: ac subinde

ratione ignorantia excusatur copula illa ab adulterio. Ex qua ratione colligitur idè dicendum esse de coniuge repudiante legitime, & iuste, secundum eorum existimationem, & ritus, si enim post repudium aliud inear matrimonium, non poterit ob id, diuortium celebrare cõiug repudiatus. Quia quauis textus de solo repudiato loquatur: ea eadem militat ratio. Nam vterq; coniug legibus matrimonij se solum existimat. Vtrum verò si post repudiū fornicetur: vel detur causa adulterij negata cohabitatione, addit iusta diuortij causa? dicitur, nu. 8.

19 Vltimus casus est, quando coniug innocens alteri condonat adulterium, & sic reconciliantur. Cum enim diuortium fit in fauorem innocentis, potest innocens cedere iure suo, delictumq; condonare, & sic cessabit ius diuortij. Hæc autem remissio est duplex, quædam expressa, quando, scilicet, verbis expressis innocens coniug adulterum sibi reconciliat, condonans delictum. De qua reconciliatione loquitur textus. l. si maritus. 25. §. si negauerint. ff. ad. l. Iuliam, de adulter. probans ex tunc minime audiendum esse maritum de adulterio accusantem. Et notatur Alex. l. iurifigentium. §. si pacificus, ad finem. ff. de patris, Barbosa. l. 2. in principio. p. 1. n. 100. ff. soluto matrim. Nõ tamen satis est remissio mente retèta, nec signo aliquo externo coniugi nocenti expressa. Quia propositum mente retentum in his contractibus inter homines initis, nullius efficaciam est. l. cum in plures. 62. §. locator. ff. locati. Deinde, quia cum remissio illa sit vel iur quædam iuris diuortij, & acufandi donatio, oportet vt firma sit, eam parti cui fit, intimari. Vt de donatione latè disserui lib. 1. disp. 6. & 7. Alia autem est remissio tacita. Vt si coniug adulterij confcius aliud non exclu sit à consorcio maritali, vel exclusum admittit. De qua reconciliatione nihil in præteritis dicendum est. Quia in sequentibus est specialis disputatio instituta.

20 Id tamen obseruandum est, si reconciliatione facta coniug ille reconciliatus in adulterium relabatur, posse non obstanti priorilla reconciliatione, de nouo eo adulterio illum accusari, & ratione illius celebrari diuortium. Quoniam præcedens venia non trahitur ad futura delicta, sed sola præterita respicitur argumento. l. non alias. §. 1. ff. de iudicijs, ubi quauis legato



ius gentium securitatem concesserit. l. san-  
ctum. ff. de rerum diuif. dicitur posse eū  
puniri de legationis tempore admisso deli-  
cto. Præterea, quæ reconciliatio illa contra  
matrimonij ad pristinum vigorem  
restituit, ac si nullum esset vsq; tunc adul-  
terium commissum, sed in eo euentu pos-  
set coniux reus noui adulterij dimitti, &  
de illo accusari: ergo idem dicendum est  
facta eareconciliatio. Nec æquū est vt  
ea criminis futuri impunitatem præstet.  
Atq; ita sentiunt ex Iuris peritis, glossa. c.  
plerunq; verb. nec reconciliata in fine, de  
donat. inter vir. & vxor. & ibi Alexan. de  
Neuo. n. 6. P. apof. nu. 4. sine. Ioannes de  
Anchona, quæ refert, & sequitur Archid.  
c. 1. n. 4. 3. q. 6. & ibi Bellamer. n. 2. Ioan-  
nes Lupus. c. per vestras, in principio. §. 9.  
n. 18. de donat. inter vir. & vxor. Cifuentes.  
l. 80. Tauri, dubio. 7. & ibi Castillo. n.  
2. Gregor. Lopez. l. 3. verb. en ante. tit. 17.  
p. 7. id colligens a contrario sensu ex eale  
ge. Couar. 4. decre. 1. p. c. 7. §. 6. nu. 7. Vil-  
lalpandus repetitione ad. l. 2. tit. 1. p. 7. §.  
14. d. n. 2. Additio ad locum Angeli, quem  
statim pro contraria parte referam. Azebe-  
do lib. §. recopil. tit. 20. l. 2. n. 11. Barbosa  
l. 2. p. 1. in principio. n. 10. 4. ff. solut. matri.  
Surdus de alimentis, tit. 7. q. 16. n. 103. Et  
ex Theologis, Ricardus. 4. d. 3. r. ar. 1. q. 1.  
D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 2. 1. §. Sylu. verb. di-  
uortium. q. 9. ca. 5. Sotus. 4. d. 36. q. vni-  
ca, ar. 1. verb. dubitatio verò. Ledesma. 2. p.  
4. q. 64. ar. 2. paulò ante. §. erat secundum  
dubium. Palacios. 4. d. 27. disput. 3. col. 22.  
fol. 603. Angles floribus. 1. p. de matrim.  
q. 9. de diuortio, art. 1. diffic. 2. conclus. 6.  
Enriquez lib. 11. de matrim. c. 17. n. 5. Bar-  
tholomæus à Ledesma dubio. 65. de ma-  
trim. post. 3. conclusio 5. §. & iam est no-  
tandum. Manuel. 1. tom. summæ. 2. editio-  
ne. c. 240. n. 3. Graffius. 2. p. decisionū, lib.  
1. c. 12. n. 72. casu. 6. Cañedo summa sacra-  
mentorum, vbi de matrim. c. 7. n. 60. casu  
6. Ludou. Lopez. 1. p. instruct. c. 295. §. ad-  
de ad prædicta. Vnde non sunt audiendi  
Salicetus. quoniam, in fin. C. ad. l. Iulii,  
de adul. Angelus de maleficijs, verb. che-  
me à adulterato. n. 49. docentes non posse  
eum coniugem de nouo illo adulterio  
accusari. Innotuntq; textu. c. de Benedi-  
cto. 32. q. 1. ibi. Nullum ei duntaxat simile  
committenti. periculum allaturus. Sed respō-  
det benè Cou. proximè citatus, eū textū  
solū velle ne vir propria autoritate vxori  
relabenti damnū inferat, illamve occidat.

Imò Ioanes Lupus eodē. c. per vestras, 21  
in principio. §. 9. n. 22. ait posse forsitan at-  
tentari, vt coniux ille reconciliatus relap-  
sus in adulterium, possit etiam de adu-  
terio condonato accusari. Sed merito illum  
improbant Cou. Barbosa, Azebedo, Sur-  
dus, Ludouicus Lopez. n. præcedenti alle-  
gati. Quoniam primum illud adulterium  
iam est remissione extinctum. At crimen  
semel transactio, aut indulgentia accusa-  
toris extinctum non potest amplius ab  
eodem in iudiciū deduci. c. de his, de ac-  
cusat. & l. transigere. C. de transact. & c. si  
illuc. 23. q. 4. iuncta glossa, verb. reciduo.  
Idemq; probatur ex regula. l. qui res. §. a-  
ream. ff. de solutio. Et ex doctrina Barto-  
li. l. non solum. §. iniuriarum. n. final. ff. de  
incur.

Verum autem si facta reconciliatio 22  
quærat innocens labatur in adulterium,  
compensetur eum priori illo adulterio à  
se condonato, ita vt ille coniux reconci-  
liatus non possit diuortium petere. Dicit  
disput. sequenti. n. 7.

Tandem obseruandum est cum Sor. 4. 23  
d. 36. q. vni. ar. 1. verb. de his autem casibus,  
& veris. sequenti, & Petro de Ledesma de  
matrim. q. 62. ar. 1. dubio. 1. circa. 2. conclu-  
sionem, & Cañedo summa sacramentorū,  
vbi de matrim. c. 7. n. 62. omnes hos casus  
in quibus non permittitur diuortium ob  
adulterium, censeri exceptos ex iure ipso  
naturali, & diuino, & non ex Ecclesia sta-  
tuto. Et de duobus primis casibus idem af-  
firmat Bartholomæus à Ledesma dub. 65.  
de matri. post. 3. conclusionem, casu. 1. &  
2. Quod inde probatur, quia primus casus  
iuri naturali innititur: nil enim tam natura-  
le est, quàm delictorum compensationem  
admitti. In reliquis autem casibus adu-  
terium minimè imputatur, vel quia iniuria  
affectus condonauit: vel quia non fuit for-  
maliter adulterium, sed culpa vacauit: vel  
quia alter cōiux culpæ particeps fuit, præ-  
stando consensum. Quæ omnia sunt iuri  
naturali consona. Insuper probant Sotus,  
& Cañedo ibi, Quia cum Ecclesia non ha-  
beat facultatem supra ius diuini, & natu-  
rale, nisi hæ exceptiones ex ipso iure  
diuino deducere, non possit Eccle-  
sia facultatem celebrandi diuortij ob adul-  
terium concessam iure diuino, & natura-  
li, restringere hos casus excipiens. Quod  
si dicas Christum non iussisse, sed solum  
permisisse diuortium ob adulterium: &  
ideo nil mirum, si Ecclesia potuerit per-

missio-

missionem hanc restringere. Sicut restrin-  
xit facultatem concessam carnibus vescē-  
di. Responder bene Sotus, disparem esse  
rationem. Quia non fecit Deus singula-  
rem permissionem eius carniū, sed gene-  
raliter permisit edere carnes, aliosq; ei-  
bos, vbi, & quādo oportet: quāsi Ecclesie

arbitrio relinquens tempora hæc definiē-  
da. At de diuortio ob adulterium celeb-  
do, ius ipsum naturale declarans, singula-  
rem permissionem concessit, quare Eccle-  
siae non est, nisi tanquam iuris diuini, &  
naturalis, interpretis, permissionem hanc  
restringere.

## DISPUTATIO SEXTA.

Qualiter accipienda sit compensatio adulterij vtriusque coniugis an-  
te latam diuortij sententiam commissi, ita vt neutri liceat ab altero  
diuertere?

## SYMMARIVM.

**D**elicta compensantur vtriusq; coniugis ad-  
ulterij, num. 1. & remissio, quando  
alter post proficitur.

Oportet vtriusq; adulterium esse liquidum, ac  
certum, nu. 2.

Debet vtriusq; delictum sufficere ad diuortij.  
Nec est compensatio, si alter adulteratur,  
alter verò mollicem, aut pollutionem ex-  
tra vas cum tertia persona admittat: vel co-  
pulam intra vas absq; seminatione habeat,  
nu. 3.

Quid si alter sodomitica, alter verò adulter sit.  
Refertur opinio. 4.

Compensantur delicta, etiam si alter adulter,  
alter verò sodomitica, & bestialitatis, ac ad-  
ulterij reus sit. n. 5. & ibi remissio, quid,  
quando alter carnaliter, alter verò spiri-  
tualiter fornicatur.

Num refert vter coniux prius sit fornicatus?  
nu. 6.

An fiat compensatio adulterij vnus coniugis  
cum adulterio alterius, iam condonato à cō-  
iuge posterius adulter ante n. 7.

Quid si alterater plures admiserit adulterij?  
nu. 8.

Quid si adulterium vnus sit occultum, alter-  
ius verò publicum. n. 9.

An possit vir adulter pacifici cum vxore adul-  
tera vt conuincat in diuortium, ne ipsam  
criminaliter accuset? Et explicantur. l. r. 2.  
figere. C. de transactio. quando liceat su-  
per adulterium transigere. n. 10.

An adulter volens adulter etiam accusare, teneat-  
ur reddere debitum remissio. n. 11.

An exceptio adulterij sit peremptoria, ita vt  
possit opponi ante, & post licet contestatū,  
& in modum declinatoria: Explicanturque  
l. si maritus. §. præscriptio. ff. ad. l. Iulii,

de adulter. & l. 7. tit. 17. p. 7. num. 12.  
An lata diuortij sententia possit coniux adul-  
ter opponere adulterium ab altero ante sen-  
tentiam commissum: vel de illo actionē in-  
tentare remissio. n. 13.

**C**um disputatione præcedenti. n. 1  
2. inter casus in quibus ob adul-  
terium non permittitur diuor-  
tium, annumerauerimus quando  
vterq; coniux adulterij reus est. Iam circa  
hanc causam aliqua disputanda sunt. Et quia  
latus hic in adulterium, potest contingere  
ante, & post sententiam diuortij latam:  
in vtroq; euentu disputandum est. Et prius  
in hac, & aliquibus sequentibus disputa-  
tionibus quando contingit ante senten-  
tia latam: & deinceps quando post. Dubi-  
tatur igitur in presenti, quando cōtingit  
ante sententiam latam. Prima conclusio  
certissima apud omnes est. Quando con-  
tingit ante latam diuortij sententiam, v-  
trumq; coniugem adulterari, neutri liceat  
ab alio diuertere, sed mutua compensatio-  
ne ambo adulteria abolentur. Hanc fati-  
s probauit disp. præcedenti. n. 2. Quidā tem-  
perant nisi posterius fornicans, post adul-  
terium fuerit professus, vel ad ordinem  
promotus. Sed de hoc dicam disput. 9. nu-  
mer. 26.

Duo autem ad hanc compensationem  
desiderantur. Prius est, vt vtrumq; adu-  
terium sit liquidum, constetq; alteri coniugi.  
Si enim vnus adulterium sit liquidum,  
alterius verò minimè, sed dubium, non li-  
cet illi cuius adulterium est certum, dubi-  
tatq; de sui coniugis adulterio, compensa-  
tione vt. Quoniam debiti liquidi ad non  
liquidum, non est compensatio. l. final. C.

de